



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Caput I. Quid, & quotuplex sit Simonia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013



P A R S II.

De Simonia in beneficiis
Ecclesiasticis.

C A P U T I.

Quid, & quotuplex sit Simonia.

Simoniam
unde dicta,
quale pec-
catum, &
que ejus
materia.

Simoniam (dictam à Simone Mago, qui Act. 8. pecuniâ emere volebat potestatem conferendi Spiritum sanctum) vitium est contra virtutem Religionis, & quidem mortale, cujus malitia in eo consistit, quod res sacræ & spirituales tam viles aestimentur, ut instar rerum profanarum, ac temporalium venales proponantur, & per emptionem, venditionem, aut quemcunque contractum onerosum sive reciprocum, hoc est, eum, ex quo ultrò citròque sive ex parte utriusque contraheatis obligatio oritur, tanquam res libero hominum arbitrio & potestati subjectæ distrahantur. *Quis enim, ut loquitur Hormisdæ Papa in epist. ad Episcop. Hispan.*

Hispan.

Hispan. non vile putet esse, quod
venditur? nec est, juxta mentem
D. Petri, cit. cap 8 donū Dei estiman-
dum pecuniā, hoc est, quod pretio
temporali possideri seu obtineri
possit. Magna proinde in Deum
committitur irreverentia, dum res
sacræ & spirituales, quæ humanā
industriā comparari nequeunt, sed
solum divino munere gratis con-
ceduntur, & quorum Deus ipse au-
thor est & largitor, pretio tempo-
rali, sicut aliæ res humanæ esti-
mantur. Unde ex communi DD.
rectè concludes, hoc vitium nun-
quam posse fieri veniale ex parvi-
tate materiæ (quamvis tale possit
esse ob imperfectionem actūs &
ignorantiam) quia nullum donum
gratiæ tametsi in se parvum vendi
potest sine gravi irreverentia tum
ipsius doni, tum etiam Dei. Debent
autem hoc loco nomine rei spiri-
tualis præcipuè & primariò intel-
ligi dona & gratiæ supernaturales,
& quidquid à Deo tanquam au-
thore gratiæ procedit, nec huma-
nis viribus obtineri potest; Secun-
dariò autem illa, quæ in se tempo-
ralia, jure non quidem divino, sed
humano & ex institutione Eccle-
siæ per potestatem à Christo acce-
ptam, spiritualia.

Daturne in
Simonia
parvitas
materiæ.

Quid nomi-
ne rei spiri-
tualis intel-
ligatur.

Temporalia
annexa spi-
ritualibus
quo sensu
possint disi-
ptam, spiritualia.

ptam, spiritualia efficiuntur, ita ut
 eorum vilipensio & venditio pro-
 pter reverentiam rei spiritualis,
 cui connexæ sunt, & à qua ex di-
 spositione Ecclesiæ sanctitatem a-
 liquam sortiuntur, in Deum quoq;
 redundet, solentque hæc dici spiri-
 tuali annexa. Horum aliqua sunt
 annexa antecedenter, ut jus Patro-
 natus, sive jus nominandi vel præ-
 sentandi alterum ad beneficium
 Ecclesiasticum. Hoc enim jus con-
 sideratum in ordine ad beneficium
 secundum partem ipsius beneficii
 temporalem, sive secundum jus
 percipiendi fructus beneficii tem-
 porales, est quid temporale, & , ut
 patet, necessariò antecedit ipsum
 beneficium, similiter vasa sacra,
 templa, altaria, &c. quæ præcipue
 parantur in ordine ad Sacrificium
 Missæ, & Sacramenta ritè admini-
 stranda. Alia annexa concomitan-
 tur, ut labor corporis in ministerio
 Sacramentorum & Sacrificio: alia
 consequenter, ut jus ad proventus
 Ecclesiasticos, quod consequitur
 divinum officium. Nam propter
 spirituale officium dantur redditus
 Ecclesiastici, & ex his modò dictis
 resultat communis hujus vitii de-
 finitio. Simonia est studiosa sive
 delibe-

Horum qua-
 dam sunt
 annexa an-
 tecedenter,
 quedam
 concomi-
 tanter, alia
 concomi-
 tanter.

Statuitur
 definitio

delibe-

deliberata voluntas emendi aut
vendendi pretio temporali aliquod
spirituale aut spirituali annexum.
Est autem pretium temporale tri-
plex, pretium muneris sive munus
à manu, quo non intelligitur sola
pecunia, sed quæcunque res aut
commoditas temporalis, quæ ex
pacto datur pro re spirituali. Pre-
tium linguæ sive munus à lingua,
per quod intelligitur laus, adula-
tio, preces pro alio interponendæ,
commendatio apud Patronum aut
Collatorem ex pacto tacito vel ex-
presso, ut res spiritualis vicissim
conferatur. Pretium obsequii sive
munus ab obsequio, est quodcun-
que ministerium sive obsequium
præstitum vel præstandum sub
obligatione & pacto conferendi
vicissim vel beneficium vel aliam
rem spirituales. Porrò Simonia
duplex est, alia juris divini, alia ju-
ris humani: Prior est, quæ pro pre-
tium temporali venditur aut com-
mutatur res propriè spiritualis,
hoc est, quæ supra vires naturæ est,
& à Deo tanquam authore gratiæ
gratuitò conceditur. Ut si quis
vendat Sacramenta, Sacramentalia,
usum potestatis spiritualis, v.g. ab-
solutionem, dispensationem, bene-

Simonix.

Assignantur
tria genera
pretii tem-
poralis.

Quid pretiū
muneris.

Quid lin-
guæ.

Quid pretiū
obsequii.

Quotuplex
est simonia,
& quid si-
monia juris
divini.

Quid simonia juris humani, & utrum per hanc peccetur contra virtutē religionis.

In beneficio Ecclesiastico singulariter notanda sunt duo jura, quorū unum est spirituale,

dictionem, praesentationem, electionem, collationem beneficii, aut alios actus jurisdictionis Ecclesiasticae. Posterior est, quā venditur res ex se quidem temporalis, sed propter connexionem, quam habet cum re spirituali ab Ecclesia prohibita vendi, ex motivo virtutis religionis, sive ut alii loquuntur, quæ est mala propter prohibitionem Ecclesiae: nec tantum mala est, quia repugnat obedientiæ, ut quidam AA. volunt, sed etiam quia religioni, ex cujus motivo prohibetur, sicuti ommissio Sacri die festo non est solum contra obedientiam verum etiam contra virtutem religionis, cujus intuitu auditio Sacri ab Ecclesia praecipitur. Hujusmodi simonia v. g. est venditio beneficii Ecclesiastici secundum partem temporalem, hoc est, secundum jus percipiendi proventus Ecclesiasticos. Ubi singulariter notandum occurrit, in beneficio duo jura spectari posse. Primum est jus ad functiones Ecclesiasticas, sive potestas exercendi ministeria sacra in Ecclesia, quod est simpliciter & per se spirituale, alterum jus percipiendi fructus Ecclesiasticos, quod secundum se praecise spectatum

um est temporale, & secundum alterum
hoc jus beneficium vendi non potest propter prohibitionem Ecclesie, quæ ex reverentia rei sive juris spiritualis, cui hoc temporale jus annexum est, ex motivo religionis venditionem illius prohibuit. Utraque jam dicta simonia subdividitur in mentalem, conventionalem, realem; mentalis dupliciter accipi potest, primò pro voluntate committendi simoniam, secundò pro intentione, quâ quis dum alteri confert spirituale, illum intendit, quamvis sine pacto externo ex justitia obligare ad reddendum temporale, vel è contra, dum confert temporale, intendit obligare ad reddendum spirituale, ut si quis serviat Episcopo hac intentione, ut sibi in mercedem detur beneficium. Conventionalis est, quâ pro ceditur ad pactum externum, sive expressè sive tacitè, ut si paciscatur verbis obliquis, dubiis, obscuris nutibus, aut pretii oblatione sub specie donationis, nondum secutâ reali traditione, seu pacti ipsius executione, & quidem si ex neutra parte traditio completa fuerit, dicitur conventionalis pura; si autem ex una parte, dici-

Utraque simonia jam dicta quomodo subdividatur. Quid simonia mentalis.

Quid conventionalis.

Quid simonia confidentiæ, & unde sic dicta.

Explicatur, quid sit regressus, ingressus, accessus ad beneficium.

tur conventionalis mixta. Quia participat aliquid de simonia reali. Ad conventionalem mixtam tanquam species reducitur simonia confidentiæ, quæ quis paciscitur cum eo, cui dat beneficium, ut illud sibi vel alteri aliquando resignet, vel cum obligatione dandi tertio, v. g. nepoti ex eodem pensionem aut certam partem fructuum. Dicitur confidentiæ, non à confidentia dubia sive incerta, & quæ est sine pacto, ut si quis resignet vel alio modo alteri beneficium procuret, confidens & sperans ipsum aliquando illud sibi vel alteri resignaturum, huiusmodi enim spes & confidentia non est illicita, sed à confidentia certa, & quæ est ex pacto. Huc pertinent certæ retrogressiones, sive reditus ad pristinum beneficium, factæ ex mutuo pacto sine legitima autoritate, & vocantur à Theologis regressus, ingressus, accessus. Regressus est, si quis alteri suum beneficium cedit servato sibi jure redeundi ad idem beneficium in casu, quo resignatarius, sive is, cui beneficium resignatum est, naturaliter aut civiliter præmoriatur, aut fiat Episcopus, vel statuatam pensionem

NON

non solvat. Ingressus est, si quis beneficium sibi collatum, antequam illius possessionem ceperit, alteri resignet, servato jure ingrediendi, vel adeundi possessionem illius beneficii, si alter pramoreretur, fieret Episcopus, &c. Accessus est, si te per ætatem, aut alia de causa adhuc incapace beneficii, facias illud conferri tertio v. g. tuo nepoti, servato tibi jure, ut postquam justam ætatem habueris, &c. ad illud accedere possis. Vide de his plura apud Laym. lib. 4. tr. 10. n. 76. Simonia realis est, quæ ipsa rei traditione utrinque completur, saltem inchoatè, ut si beneficium sit collatum, & pars pretii soluta.

Quid Simonia realis.

C A P U T II.

Statuuntur varij casus à Simonia probabiliter immunes.

Simonia probabiliter non reperitur in sequentibus casibus. Excepto quinto casu, cui practicam probabilitatem tribuere non ausim. Primò si detur beneficium ob amorem humanum, aut quia Non videtur simoniacum, dare